

EPILOGVS.

Cæterum plures alii sunt in hisce Bibliis loci, iusta forsitan animaduersione digni, quos ex industria relinquimus nõ attactos: verum hos ipsos quòd non pateretur fidei integritas surda aure præterire, in præsens tantum annotauimus vt ab iis sibi diligenter caueret Christianus Lector. Hæc itaque Biblia à iã dicto Roberto Stephano 1528. 1532. 1534. 1540. 1545, ab incerto authore quoad nouam translationem, nostro textui exaduerso respondentem, facta, & 1546 suis typis euulgata, supprimenda sunt. Partim quòd in iis multa contra bonos mores, religionis pietatem, sanctorum patrum decreta, ac ipsius fidei placita temerarie inserta sunt. Multa quoque erronea, scandalum inducentia, impia, Lutheranis fauëntia, hæresibusque iam olim damnatis cõspirantia, imò in nonnullis quædam aperte hæretica, atque adeò blasphema insperguntur.

Adde quòd in ipso dictorum Biblio-